



DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

VIII. Kongress für Diplomatie Innsbruck 1993

1993-09-27

Digitales Archiv

Shelf Mark: 1.3.1.56.48

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)

Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

[urn:nbn:at:at-dai-38538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:at:at-dai-38538)



DER BISCHOF VON INNSBRUCK

Meine sehr geehrten Damen und Herren,
 verehrte Vertreter der Wissenschaft von der Urkunde, ihrer
 Sprache und ihrer Deutung!

Es ist mir eine Freude, Sie auch im Namen der Kirche von Innsbruck begrüßen zu dürfen. Sie werden Ihr Interesse vornehmlich kirchlichen Urkunden des Früh- und Hochmittelalters zuwenden. Aus der Einladung ersehe ich, daß die offizielle Sprache dieses Kongresses wahrscheinlich die französische sein wird. Aber ich habe beim Nachdenken über den erlesenen Kreis der Gelehrten, die sich hier versammelt, unwillkürlich innegehalten. Ich glaube nicht, daß es in Innsbruck sehr oft einen Kongreß geben wird, der mit seiner Forschung so intensiv in einer ganz anderen Sprachwelt steht. Und diese Tatsache, verehrte Versammelte, möchte ich mit einer kleinen Reverenz unterstreichen.

Reverendissimi repraesentantes scientiae sic dictae diplomaticae, ante auditorium tam peritum ac specialiter eruditum video occasionem rarissimam ac fere unicum loquendi lingua latina. Multa documenta, verisimiliter maior pars omnium documentorum vestrae investigationis scientificae in hac lingua conscripta est. Ideoque lingua latina est - ut ita dicam - panis vester quotidianus. (Quod ne in ecclesia catholica quidem hodie tam simpliciter ac generaliter affirmari potest, debeo confiteri quod multi episcopi in synodis aut coetibus internationalibus translationem textuum latinorum in lingua natalem aut saltem in linguam huius temporis expectare solent.....) (tempora mutantur - et nos cum illis ...!). Sed in hac corona doctorum scientiae diplomaticae lingua latina sine dubio ut lingua magni momenti usque ad hunc diem valet et etiam in futuro manebit.

Reverendi repraesentantes ex tam multis nationibus ac regionibus Europae, - vestra scientia diligentissimis studiis ac laboribus fontes historiae antiquos legere et interpretari intendit. Quae intentio scientifica eatenus hodie magni momenti esse videtur, quatenus etiam diebus nostris saepe opiniones historicae parum

~ VIII. Internationaler Kongress für Diplomatie,

Jbk., 27. 9. → 3. 10. 1993

subtiles et accuratae, opiniones sic dictae "ideologicae" divulgari solent. Ea de causa in scientia historica iterum iterumve illa evocatio, illa appellatio sonat, quae etiam in quaestionibus theologicis magni momenti est: R e d e a m u s a d f o n t e s ! Hoc mandatum de reditu ad fontes viget ut motivatio perpetua ad objectivitatem, ad sobrietatem, ad iudicium cautum, ad veritatem historicam, ad rem - contra fabulas. Meritum vestrum est praeparatio viarum, praeparatio aditus facilis ad hos fontes, et ita labor vester absconditus et non magna publicitate gaudens ut condicio sine qua non, ut servitium necessarium in favorem progressus scientiae historicae aestimari debet.

In hoc sensu congratulator cordialiter ad pensum huius conventus, nempe explorationem documentorum episcoporum, confratrum meorum ante annum millesimum ducentessimum quinquagesimum . Et si confratres mei illius temporis aliquot difficultates, incertitudines aut obscuritates parant, peto excusationem pro statu episcopali. Persuasum mihi est etiam episcopus non semper veritatem purissimam in documentis scripsisse....

Reverendi hospites, exopto multas novas experientias scientificas, exopto in super etiam multos contactus humanos in arena scientiae tam preciosos et ultimatim exopto aliquot dies jucundos in nostra urbe hospitali de Innsbruck! Gratias ago.